cum dominum de Westerburgh, cum multis aliis potentibus atque nobilibus sibi in auxilium acquisivit. Dum autem varios bellorum eventus experiuntur, hi inde municipiis, nunc illis superioribus existentibus: ad ultimum ipse ~~vero~~ dux brabantie cum suis confederatis episcopatum coloniensem potenter ingressus, cuncta in circuitu devastans, castrum Woringh, quod dictus archiepiscopus ibidem construxerat, ad munimen coloniensis ecclesie presertim contra cives colonienses sibi contrarie adversantes, ipsum valida obsidione. Dictus igitur archiepiscopus et ceteri sibi federati eisdem, duci brabantie et suis, prompte cum valido exercitu occurrentes, in die beati Bonifacii episcopi sub anno domini 1288 bellum ~~adducere~~ invicem cruentissimum commiserunt. In quo quidem bello dux brabancie victoria est potitus, interfectis ibidem comite Lutzelburgensi et fratre suo Henrico de Westerburgh egregio milite, fratre dicti archiepiscopi, et aliis multis nobilibus, plus quam mille viris nobilibus interfectis de parte Sr diecpiscopi, et plus quam mille captivatis. Comes quoque Gelrie per ducem brabancie captus abducitur, et ipse Gyffridus coloniensis archiepiscopus per comitem de monte ~~similiter~~ similiter captus carceri manicipatur. Ex quo quidem lamentabili casu ecclesia coloniensis nimium fuit ~~fuit~~ humiliata. Nam eodem turbine comes Tulpiacensis castrum Tulpetarse munitissimum cepit et destruxit, comes vero de Marka in ducatu Westphalie municiones et castra ecclesie plurima devastavit. Tandem post annos aliquos ipse dictus Gyffridus archiepiscopus a sua captivitate relaxatus, sicut fortis athleta et pugil ecclesie invictus, licet prostratus, post casum tamen fortior resurgens, castrum illud nobili in Brugle videlicet ad ecclesie presidium contra civitatem coloniensem et ad ipsorum superbiam reprimendam maximo ~~dispendio~~ sumptu presertim propter coloniensis civitatis vicinam ~~in proximo~~ proximo potentiam dum non modico militaris potentie apparatu de novo construxit et forti munimine roboravit. Nam etiam in capite Bonnensi extra portam super litus Reni fluminis turrim ~~in~~ munitissimam ad custodiam Reni construxit, sed morte preventus eandem imperfectam reliquit; quam tamen successor ipsius Wigboldus archiepiscopus nobiliter consummavit. Tandem idem Gyffridus boni certaminis cursum laudabiliter ~~confirmato~~ consummato, fortis athleta, ~~qui~~ asi servus fidelis in gaudium sui domini intraturus, vocatus a domino moritur, et in ecclesia Bunnensi sepelitur. Nam civitas coloniensis propter adversitates supradictas fuit ecclesiastico supposita interdicto. Sciendum ~~post~~ preterea, quod Henricus ~~imperator~~ VIII. filius Henrici comitis Lutzelburgh in dicto bello de Woringen interfecti, cuius imperatoris Henrici fuit filius egregius ille Johannes rex Bohemie, cuius filius fuit Karolus IV. Romanorum imperator.

Wigboldus.

Bo ~~Quadragesimus~~ vigesimus quartus successit in regimine pontificali coloniensis ecclesie sedens sub ad olpho atque Alberto Romanis imperatoribus annis 7. venerabilis presul Wigboldus, primus maioris ecclesie decanus, de nacione nobilium de Holte oriundus. Hic plus factione nobilium, quam electione canonicorum

---

b) regnavit ita habet l.: cuius quidem regis Bohemie filii fuerunt Carolus quartus Romanorum imperator et Wenceslaus Brabancie dux; dictique Caroli imperatoris fuerunt filii Wenceslaus et Sygismundus, successive Romanorum et Bohemie reges, et Johannes dux Luzelemburgensis. Prefati vero Sygismundi filium unicum ex conthorali sua regina Ungarie genitum Albertus Austrie dux, post eius obitum militis sui exigentia Romanorum ac Ungarie et Bohemie regem successive electus habuit in uxorem; ex quibus Ladislaus Ungarie et Bohemie rex modernus dinoscitur processisse.

1 decess l.

59. ~~numerum ipse scriptor deleverit~~ deest l.

a) ita 3; in Lewis loco numerus fuit, quem ipse scriptor deleuit detersis ausis sed ~~deleta~~ ut postea solebat ostendit post annos ipse, in 3 Lutz. aliquot; N. nihil scripsit, in 1 fol. 3 Lutz. qui ultimus, 2 3 in fol. modo; 3 in mis aliquos aliquot.

1 decess l.

b) v. inf.

Ad Albert.